

Ut vigeant nostro, Milo favore petis.  
 Quorum vis tanta est, talique resulget honore,  
 Ut nequeant nostro dicier eloquio.  
**Aurea materies argento cingitur albo,**  
 Ornat et eloquium lucida massa suum.  
 Non opus ut nostri decorentur famine verbi.  
 Ejus honore vigent, cuius amore nitent.  
**Hæc archipræsul toto notissimus orbe**  
 • Hincmarus verbis sustulit eximiis.  
**Hæc Pater et Dominus Cameracæ gloria plebis**  
 Mitis Adalardus extulit ore pio.  
 b Teudricus tali laude beavit ovans :  
**Carmina dulcisono nimium currentia plectro,**  
 Digna palere polo, macta valere Deo.  
**Præbuit his stipulam præclarus Episcopus • Emmo,**

bus suis aliquem Vulfadum abbatem monasterii Resbacensis tradit Claud. Rober. agens de eo monasterio : ac aliud Vulphadum, seu Vulphandum, archiep. Bituric. proferunt idem Robertus et Jo. Che-  
 nu : quos ab hoc diversos arbitramur.

a Hincmarus archiep. Rhemensis sedit ab an. 835 ad 822.

b Theodericus ep. Camerac. ab an. 832 ad 863. Agenus de eo 5 Augusti.

c Emmo, vel Imo ep. Noviomensis, interfectus a Normannis an. 859, aut sequ.

d Varii eo tempore fuerunt Adalardi abbates. Temporibus Lotharii imper. deveavit Abbatis S. Vedasti, in manus Adalardi comitis : et quidem an. 852 sub ejus potestate cœnobitæ erat, uti dictum supra in hist. miraculorum S. Vedasti. Præterat et comes Adalardus cœnobio S. Quentinii, regni Caroli Calvi 13,

A Affigens digitis pulchra elementa suis.  
 Hæc pater et pastor clero gravissimus omni  
 Mitis d Adalardus extulit ore pio.  
 Hæc tuus hæcque meus • Haiminus jure magister,  
 Quo duce firmavit devia nemo petit.  
 Corpore præmodicus, sed mentis acumine magnus,  
 Teudungus dextram præbuit ipse suam,  
 Quæ domus, oro, ruat tantis suffulta columnis,  
 Flumina nulla pavet, flamina nulla timet.  
 Sed tamen ut numerus septenus sit perfectus,  
 Septima sum tecto, Milo, columna tuo.  
 Sunt equidem nostro tua carmina digna patrono,  
 Judicio nostro, cuius honore micant.  
 Virgilii pulchro furas jam cinge cothurno,  
 Sed supera falsum vera canendo virum.

B apud Heremæum. Alius fuit Adalardus abbas monasterii S. Bertini apud Sithivenses, in monasterio Elnon. mortuus an. 864. De eo agis Iper. in Chron. Berlin. Ms. cap. 13, 14 et 15. Eodem tempore Elnonensibus præfuisse Adalardum abbatem, ac decessisse an. 863, scribit Jo. Cognatus, l. ii, hist. Tornæ. ex Chron. Elnon. ut, nisi per errorem aliquibus tabulis sit intrusus, suspicemur euendum esse. Paulus his antiquiores fuere, S. Adalardus Corbeiæ Francæ Abbas, cuius vitam dedimus 2. Jan. ejusque discipulus Adalardus, Corbeiæ Saxonice primus abbas.  
 e F. Haiminus discipulus Alcuini, monachus Vedastinus, cuius calamo dedimus supra descripta miracula S. Vedasti : ubi diximus obiisse anno 843.  
 f In antiquo Chronicæ Blandinensis fragmento infra de eo agitur, et traditur, anno 850. Tentus ordinatus VIII Idus marthi.

## ADDITIO AD LIBELLUM VITÆ SANCTI AMANDI.

(Apud Mabill. Acta SS. ord. S. Bened.)

1. Prælato libello de virtutibus Sancti edito, scendum est quantus vir idem, et cuius honoris habitus est apud homines, licet ipse declinare honores mundi semper desideraret. Nam reges et regiae pluresque illustres viri ei venerationem et gratiam plurimum impendere studuerunt, et de facultatibus suis vivo adhuc illum in corpore manentem non modice ditarerunt; villas quoque et prædia ac proprias hereditates, cognoscentes eum esse servum Domini, fidelissima devotione ei se conserue gaudebant. Ubi ipse vir Domini Amandus sagacissima industria fidelibus

a Præter monasterium Blandinium S. Amandus in castro Gandavo construxit cœnobium Gandam appellatum, postea S. Bavonis dictum. De Marcianensi in Actis S. Rictrudis, de Lutofano in Hannonia et Rotnascensi in Brabantio constitutis, quæ nunc sunt collegia canonorum, legendus Baldericus episc. in Chron. Camerac. et Atreb. lib. ii, cap. 43 et seq. His insuper S. Amandi consilio et instinctu S. Vincentius seu Madelarius Sogniense in Brabantio ad fluvium Sennam; S. Gertrudis Nivalense itidem in Brabantia; S. Gistenus Cellense in Hannonia, nunc conditoris sui nouijne decoratum; S. Waldetrudis Castriocense; S. Vicentius ejus maritus Altimontense; S. Aldegundis Melbodiense, et alii alia monasteria condiderunt, ut in propriis eorum Actis legitur.

C viris et Christo sincere desiderantibus militare, monasterio construendo studiosissime elaborabat. Nam monasterium quod dicitur Blandinium, in Castro Gandavo situm, a aliudque quod vocatur Marcianæ, necnon et illud cui ipse sanctus vir Lotosa nomen imposuit; seu Rotnace, quod est præfato pene contiguum; cellulamque quæ nuncupatur Barisiacus<sup>b</sup>, quem locum cum adjacentibus sibi appendicis Hildericus rex et Himnechildis regina visi sunt condonasse: cuncta hæc ab ipso Dei viro ædificata fuisse pene omnibus notum est, in quibus loci Fra-

b In vico Barisiaco, Barysy, diœcesis Laudunensis ab oppidis Cociao et Calneio ac fluvio Oesia una fere leuca disparato existat etiam nunc prioratus abbatie Elnonensi seu S. Amandi attributus: cui Andreas S. Amandi discipulus, postea Elnonensis abbas, ab ipso Amando primus præfector est.

c Quis sit Hildericus iste et Himnechildis regina lis est inter eruditos. Henschenius in Comment. in Vitam S. Amandi, num. 40 et alibi, censet Chil-  
 ricum istum esse Sigiberti filium, qui cum Hi-  
 nechildi matre post Sigiberti obitum Austrasios re-  
 xerit. Allii Chilericum esse volunt Chlodovei secundi  
 filium: et Himnechildis loco reponendam esse vel  
 Bathildem matrem vel Blidechildem Chilericis  
 sius uxorem.

tribus vel monachis sub regulari norma constitutis, A superpositisque abbatibus et omnibus bene ordinatis, ad postremum Hennone cœnobio ædificato, ipse ibidem cum suis usque ad sanctissimi obitus diem Christo feliciter militavit.

Ergo et apud Martinum sanctissimum ac beatissimum papam sanctæ et apostolicæ sedis urbis Romæ, qui septuagesimus quintus post Petrum apostolum Romanam rexit Ecclesiam, plurimam familiaritatem ac reverentia gratiam obtinuit. Cui etiam præfatus apostolicus inter cetera tanta dilectionis digna exenia, direxit volumen synodalium decretorum quæ ipse edidit, utpote pastor vigilantissimus, custodiens cum summa sollicitudine in nocte hujus sæculi vigilias supra gregem Dominicum sibi creditum adversus lupos ac prædatores Ecclesiæ haereticos Cyrum Alexandrinum episcopum, Sergium Constantinopolitanum episcopum, Pyrrhum, Paulumque patriarcham, successores ipsius, concurrentes sibi vicissim in hoc certamen, unam operationem in Christo Domino nostro Deo divinitatis et humanitatis profiteri audentes: cum orthodoxa fides Ecclesiæ catholicæ pio sensu confiteatur duas in Christo convenientes naturas et operationes. Operatur itaque ultraque forma divina atque humana in una Salvatoris nostri persona cum alterius communione quod proprium est, Verbo quidem operante quod Verbi est, carne autem exsequente quod carnis est; et unum horum coruscat miraculis, aliud autem succumbit injuriis: ut sit proprietas divina naturæ Christi, divinitus eum velle et operari divina; proprietas vero humanæ naturæ, humana velle et operari humane, ut approbetur in una quidem persona, sed in duabus naturis Deus et homo naturaliter esse. Quam columnam orthodoxæ fidei sancta synodus Chalcedonensis statuit, universorumque chorus Patrum catholicorum confirmavit.

In destructionem itaque suprascriptæ heresos atque expugnationem superbie contra scientiam Dei se elevantis, seu et confirmationem dogmatum divinorum, supra nominatus Martinus pietatis advocatus, sicut in Gestis pontificalibus legitur, misit et congregavit in urbe Roma episcopos centum et quinque, et fecit. synodum secundum instituta Patrum orthodoxorum juxta episcopium Lateranense, residentibus episcopis, presbyteris astantibus diaconibus ac clero universo: et condemnaverunt Cyrum, Alexandrinum episcopum, et Sergium, Constantinopolitanum episcopum, Pyrrhum etiam successorem ejus, Paulum quoque ejusdem urbis patriarcham, qui, inflati superbie spiritu, adversus recta sanctæ Dei Ecclesiæ dogmata audacter præsumperunt paternis definitionibus contrarie, atque novitatis commentum contra immacul-

**A** Hic calculus, quantumvis studiose ab auctore indagatus, stare haud quaquam potest. Cum enim ex Baudemundo (*vide Patrologiam ad an. 679*), et ex ipso Milone infra, Amandus ad Theodorici principatum pervenerit, supervixeritque Chilericu[m] haud ante annum 613 interfecto, omniu[m] Amandi obitus ultra istum annum producendum est. Sic igitur Amandi actas componenda. Mortuus est Amandus regnante

latam fidei conati sunt innectere. Quippe quoniam ipsam excludere properantes, haereticorum dogmatum contra catholicam Dei Ecclesiam confusionem concinnaverunt, anathematis ultione percussi sunt.

Præterea Martinus papa beatissimus faciens exemplaria prædicti voluminis synodalis, per omnes tractus Orientis et Occidentis direxit, eaque per manus orthodoxorum fidelium disseminavit. Cujus etiam exemplar in papyreis schedis editum Patri nostro sibi dilectissimo pontifici direxit Amando, quatenus ipsius industriosa sollicitudine ejusdem sacrosanctæ et intemeratae fidei promulgationes Galliarum ecclesiæ vulgarentur. In hujus insuper fine voluminis, quod uno quidem corpore, sed quinque incisionibus librorum divisum est, sacerdotius Martinus episcopus B sanctæ sedis apostolicæ etiam specialem epistolam viro Dei transmisit Amando, per quam decreta synodalia, suamque erga ipsum benignam dilectionem satis abundeque monstravit, ac ne afflictionum angoribus coarctatus a pio mentis proposito recederet admonuit, et sermonibus insuper exhortatoriis ad tolerantiam tribulationum quibus a contrariis divinæ religioni presbyteris seu diaconibus, aliquique sacerdotalis officii ministris gravabatur, animare studuit. Pro quorum postea augescentibus in deterius scelerorum actuum incorrigibiliibus excessibus (sicut librum vitæ ejus legentibus liquet) etiam cathedram episcopii sibi commissi deseruit, pulveremque pedum suorum super contemptores suæ prædicationis juxta evangelicum Domini præceptum in testimonium illis excutiens, ad loca alia demigravit. Præterea etiamjam dictus apostolicus ejusdem Patris curæ Sigebertum Dagoberti filium, regem videlicet Francorum commendare studuit, qui olim adhuc infans, necdum adhuc quadragenarium dierum excedens numerum, dum a B. Amando benedicetur, *Amen dulce quod necdum corporis usu didicerat, pro tanti pædagogi merito declarando, clara voce post sacræ finem orationis pronuntiavit.* Ut vero prædictæ locutionis nostræ assertio deterso dubietatis nubilo confirmetur, præfatam epistolam ejusdem papæ ad B. Amandum directam huic nostro sermoni subhjungere placuit, cuius iste modus est :

« Dilectissimo fratri **AMANDO MARTINUS.**

« Fraternitatis tue, » etc. (*Vide hanc epistolam inter Opera S. Martini papæ I, Patrol. tom. LXXXVII, col. 435.*)

#### TITULUS DE OBITU BEATI AMANDI CONFESSORIS.

Anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi sexcentesimo sexagesimo primo \*, indictione quarta, epacta quinta decima, concurrente quarto, termino duodecimo Kalendas Aprilis, Pascha quinto Kalen- post Chilericum Theodorico, ex dictis, et quidem die Dominica in diem sextum Februarii littera B prædictum incidente, ut prælaudati auctores scribunt. Toto Theodorici regis principatu dies Dominica in sextum Februarii incidit annis duntaxat 679 et 690. Posterior annus Amandi obitum serius differt: proinde retinendus posterior, quemadmodum Carolus *Le Coïntre* recte statuit.

darum Aprilium, luna vicesima prima, octavo Idus Februarii, die Dominica, luna prima, obiit S. Amandus annorum circiter nonaginta.

**ARGUMENTUM QUO TEMPORE BEATUS CONFESSOR AMANDUS VEL NATUS VEL DEFUNCTUS SIT.**

De tempore nativitatis et cursu vitæ atque obitu beati pontificis Christi Amandi, aliqua lectioni inserere ob plenam cognitionem legentium necessarium duximus : qui sicut probabili arguento historiis ac chronicis sibi concincentibus investigavimus, anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi quinquagesimo septuagesimo primo, Nonis Maii mensis, in provincia Aquitaniorum, et pago præfatae regionis vocabulo Herbatilico, ex patre Sereno, genitrice Amandia ; nativitatis initium habuit, anno scilicet septimo quo Justiniani successor Justinus minor, cum Sophia conjugi jure publico arcem imperii tenebat, quo videlicet tempore Joannes pontifex Romanæ Ecclesiae in ordine pontificum sexagesimus tertius cathedram ejusdem urbis anno sui præsulatus octavo strenue gubernabat. Computantur autem ab anno nativitatis præfati viri Dei Amandi usque ad obitum ipsius pontifices Romanæ sedis sexdecim, a Joanne scilicet incipientes numerari, cuius octavo anno pontificatus natus est, hoc modo : primus idem Joannes, secundus Benedictus, tertius Pelagius, quartus mirabilis doctor Ecclesiae Gregorius, in ejus ordinationis initio vir Dei Amandus vicesimum secundum ætatis agebat annum, in obitu vero ipsius prope trigesimum quintum, qui erat annus a nativitate Domini sexagesimus quintus, regni autem Phocæ Cæsaris annus secundus, sicut Beda Venerabilis presbyter in chronicis suis refert. Et ut cœptum persequar calculum, successor Gregorii pontificis quintus Sabinianus, sextus Bonifacius, septimus alter Bonifacius, octavus Deusdedit, nonus Bonifacius, decimus Honorius, undecimus Severinus, duodecimus Joannes, tertius decimus Theodosius, quartus decimus Martinus, B. Amando familiarissimus, quintus decimus Eugenius, sextus decimus Vitalianus, cuius tertio anno pontificatus B. Amandus est defunctus, octavo Idus mensis Februarii : atque ita computati ab anno Incarnationis Dominicæ quingentesimus septuagesimus primus, qui erat annus octavus præsulatus Joannis papæ, usque ad annum Domini sexcentesimum sexagesimum primum, qui erat annus episcopatus Vitaliani papæ tertius <sup>a</sup>, quo S. Amandus obiit, inveniuntur anni vitæ præfati patroni nonaginta, quibus præsentis vite munus expletivit.

Simili etiam modo si reipublicæ imperatores revolvas, septem in tempore vitæ præfati Patris Amandi regio officio functos inuenies hoc ordine : primum Justiniani successorem Justinum juniores, cuius septimo anno regni natus est; secundum Tibe-

<sup>a</sup> Vitaliani pontificatus initium illigat auctor anno 658. Baronius vero anno 655.

<sup>b</sup> Heraclonam Constantini filium, Constantini alterius seu Constantis fratrem omittit.

<sup>c</sup> Ergo Constantinus ex mente auctoris anno Christi 659 regnum inicit. Cui calculo savet Fredegarius

rium, tertium Mauricium, quartum Phocam, cuius secundo anno imperii, ut jam diximus, qui erat annus Domini sexcentesimus quintus, Gregorius papa obiit, post quem B. Amandus, vixit annis quinquaginta sex; quintum Romani imperii principem Heraclium, sextum Constantinum <sup>b</sup>, septimum ejusdem nominis Constantinum, cuius anno regni vigesimo tertio <sup>c</sup>, qui erat annus Dominicæ Incarnationis sexcentesimus sexagesimus primus ultimum præsentis ævi tempus sepe dictus Pater expletivit.

Quod si et principes regni Francorum qui tempore vitæ ejus jus regium tenuerunt, aliquis querere voluerit (quanquam id non facile propter historiarum semiplenam indaginem videatur fieri posse), diligentius animi vivacitate perspiciens, reperiet B tempore vitæ ejus hos apud Francos honore functos regio hoc ordine : primi Chilpericum, secundum Lotharium, tertium Dagobertum, quartum Sigebertum, ejusque fratrem Lodoveum quintum, cuius filii fuerunt hi, Lotharius, Hildericus, ac Theodoricas : sed Lothario in juventute mortuo, ac deinde Hilderico a Francorum primatibus interfecto, regalem, quam nuper tonsoratus amiserat, Theodoricus recepit dignitatem : ad cuius usque tempora beatum vixisse Amandum chartarum instrumentis quæ apud nos hactenus habentur docemur. Quibus etiam diebus Ebroinus majordomus nefandas regno Francorum fraudes inferebat calamitates, augens de die in diem usque ad seram scelerata piacula mortem ; qui regibus cum omni populo perturbatis ad ultimum omnium malorum suorum cumulum B. Leodegarium diversis tormentorum poenis excruciatum Christi martyrem fecit. Si quis vero hunc sermonem ab exiguitate ingeniali nostri depromptum quasi minus idoneum ac veritate suscillum probabili arguento investigare voluerit, hunc monemus, ut prius annos obitus præfati confessoris Christi Amandi, qui fuit a nativitate Domini sexcentesimus sexagesimus primus diligenter memorie figat, quia in eo, sicut priores nostri nobis non solum in libris, sed etiam lapidibus ne oblitterari posset scriptum reliquerunt, ab hoc mundo ad Dominum transiit. Unde hoc numero quasi fundamento in animo stabiliter collocato, ab ipso demum ad superiora calculando nonaginta annorum quibus vixit numerum computet, et sic ad quingentesimum septuagesimum primum nativitatis Dominicæ annum quo natus est sepe dictus Pater gradatim perveniet. His igitur duobus calculis, uno ortus, et altero obitus diligenter animo commendatis, adhibeat sibi historias regum qui eo tempore jus regium tenuerunt, insuper et chronicas venerarium Patrum, necnon et librum de Pontificibus apostolice sedis editum : eosque quasi ante et retro oculatus hinc et inde sensus vivacitate circumspiciat, atque qui apo-

in Chron. cap. 81, qui Heraclona ob regni brevitàtem similiter expuncto, Constantinum Constanti locum dedisse anno regni Chlodovei junioris secundo affirmat : tametsi Baronius Constantis principatum ab anno 641 orditur.

stolici, quive imperatores vel principes B. Amando A nire quiverit, nequaquam hæc nostra dicta qualia-  
in corpore adhuc vivente fuerint solerter consideret. cunque sunt, ut opinor, reprobabit.  
Etsi post nullam laboris operam rei veritatem inve-

## SERMO DE TRANSLATIONE S. AMANDI.

Qualiter corpus B. Amandi in loco quo nunc requiescit fuerit translatum, et de dedicatione  
basilicæ aut de ordinatione episcopatus ipsius septimo Kalend. Novemb.

Diem hodiernam sacrosanctæ festivitatis solemnis devotione religiosorum conventui celebrabilem ipse revoluti temporis cursus indicit. Et quoniam plurimi in hac plebe hujus penitus expertes adhuc exstant rationis, non otiosum duximus eis notitiam tantæ ac tam gratæ pandere celebritatis. Dignum igitur, immo necessarium credimus, ut qui ista celebrant et quare celebrent ignorantem cognitionem hujus rei capiant, et qui hactenus minus nota festivo studio honorabant, gloriösius ac reverentius jam nota excolere atque venerari discant. Quia ergo Vitæ ter beati ac dilecti confessoris Christi Amandi libellus satis plene sufficienterque disseruisse cognoscitur, qualis quantumque idem dum adhuc mortalitatis istius ærumnis teneretur exstiterit, qualibusque inter caliginosos hujus sæculi anfractus virtutum signis claruerit, necnon et quam longe sitos illustraverit, atque de tenebrosa hujus sæculi Ægypto, columna legis, divinaque gratiæ protectione præeunte, per vias piorum profectuum mansiones ad terram repromissionis (per quam patria viventium figuratur) quali sine migraverit; his interim posthabitis, ad indaganda aliqua de multis divinorum operum magnilibus quæ circa ipsum ejusque corpusculum post ejus obitum divina clementia, quanquam impolitum dirigamus sermonis officium. Ea ergo quæ referimus, a Patribus fideliiter referentibus audivimus, quorum fidem omnipotenti Christo committimus, apud quem etiam peracta quasi instantia, et pro præsentibus haberi futura credimus: cui mendacium, quia ex malo est, displicere cognoscimus. Non enim beati viri merita ut clara hominibus appareant mendaciis egent astrui, sed ampliora quam explicari verbis queant, remota omni ambiguitate debent credi. Sed quia de his non pro sui (quod impossibile est) dignitate, sed pro nostri paupertate ingeniali aliqua præloquendo tetigimus; nunc divina nos præeunte clementia propositum nobis iter carpamus.

Anno igitur incarnationis Dominicæ sexentesimo sexagesimo primo qua Conditor et Redemptor mundanos miseratus errores humanæ dignatus est uniri naturæ, Deo bonisque cunctis amabilis Amandus post multa honorum actuum insignia ad coeli aulam perenniter cum Christo, cui devote servivit, regnaturus ascendit. Nec immerito ei introeundi cœlestia

\* In regno Francorum solis regibus flagella crinum, ut loquitur Gregor. Turon. lib. vi, c. 24, id est prolixos capillos gerere licebat. Hinc prædium Elmonense rege haud indignum dicitur.

<sup>b</sup> Midonis calculum hoc etiam in loco aberrare

patuere palatia, pro quibus ipse in terris positus voce cantaverat indefessa: Quam amabilia sunt, inquiens, Domine virtutum, tabernacula tua! concupiscit et deficit in his anima mea. Requievit vero anno ætatis suæ nonagesimo, mense Februario, sebris tactus incommodo, die quoque Dominico, cui mors via ad patriam, ac præsentis vita exitus, sequentis ac nunquam finiende factus est introitus. Ad quam multiplicibus bujus mundi ærumnis absolutus, sui Domini obtutibus, plenis oleo lampadibus, virtutum scilicet piarum fertilitate, meruit apparere coruscus. Sepultus sane est debito fidelium honore in cœnobio a se ædificato, cui ex nomine fluvio ibi recurrentis Helnonis vocabulum hæsit. Quæn videlicet locum quondam ipsi viro Dei Francorum princeps Dagobertus silvestri coena non indignum prona indigni contulit devotione, rata legum sanctione stabilitum. Cujus licet crebra plurimorum opinione didicerit sanctitatem, amplius tamen (ut in libello Vitæ ejus legitur) euudem isdem princeps in filii sui Sigeberti contra naturam mirabili propter infantiam locutione, sub sua præsentia Christo sanctum suum mirificante, meruit agnoscere manifestam. Predictio igitur in loco quia amplius ipsum cæteris a se constitutis diligendo excoluit, etiam corpusculum ipsius discipulorum suorum obsequio tumulum sumpsit, sicut, etiam testamento terribili scripto pro hac re (Vide Patrologie tom. LXXXVII, col. 4271), quod in archivio nostri monasterii hactenus servatur, decrevit. Non tamen in ipsa qua nunc requiescit positus est basilica, sed in altera qui adhuc superest, principis apostolorum Petri nomine dedicata; quæ quoniam pro sui parvitate tanti præsulis tumulo visa fuit incongrua, atque etiam secundo sexu propter monachorum habitacula inaccessa, frequenti religiosorum virorum conventui visuni est aliam magnitudine præstantem debere ædificari, quæ ex utroque sexu a confluenti illo sufficeret multitudini populari. Completo itaque Deo devotorum sumptu opere illius ædificii, tempus aderat quo ille deberet transferri.

D Illis igitur diebus supererat adhuc humanis rebus venerandus Christi confessor mirabiliumque operum patrator Eligius <sup>b</sup>, qui beatissimo pontifici Amando dum adviveret fuerat familiarissimus, ac sanctitatis

constat. Quippe teste S. Audeno in Vitæ S. Eligii lib. ii, c. 4. Eligius tantum usque ad initium regni junioris Lotharii mansit in corpore. Non ergo attigit Theodorici regis principatum, quo tempore Amandus denatus est. Certe vulgato S. Amandi testamento